Fortiuſ igne ſuo reſ feruida poſſit abuti. — De pulmone.
Ferventi madiduſ pulmo reportat opem.
Molliſ et aeriuſ ſecus et lateraliter ambit.
Humecta calidum frigiditate iuuans.
Ira ſub ignito corde eſt genialibuſ uſa.
Sedibuſ. et multum morigerante domo.
Cor tangat ut cauſa leuis frangatur ad omnis.
Corporis articlos periculata lues.
Hec leſum languere ſolet. ſed pene doloriſ.
Anticipat ſenſum premorte que malo.
Humida uiſ cerebrum. cor ignea. mixtus utrumque. — De epate
Aeriuſ ſanguis molle creauit epar.
Gibboſum forma que cauum diafragmata dextro
Hinc illinc ſplen limitat et ſtomacho.
Quod manus ingeſſit quod deterere molares
Quod ſtomachus coxit denique ſumit epar.
Conuertit. mutat que cibos. ſpecieque colorat.
Sanguiniſ. et chimos ſanguiniſ eſſe facit.
Inde recurſanteſ uariato limite uene.
Conſimileſ parteſ ad ſua membra trahunt.
Deque repurgato defecato que liquore.
Deligit et dampnat pro meliore bonum. — Comoditaſ ſplenis.
Commodat hanc operam ſpleni mundane cruorem.
Et uitia et ſordes extenuare ſuas.
Ut uenis ſuccis et tantum ſanguine puro.
Talibus ad ſummum rorantibus olla ciborum.
Eſt ſtomachuſ. ſtomachi fel quoque auctor epar.
Inſideat has epatis parteſ innata uoluptatis. — In epate de anime concupiſcentiam.
Et grauiſ in nimia carne tirannuſ amor.
Corporiſ extremum laſciuum terminat inguen. — De teſticul duob.
Preſſa ſub occidua parte pudenda latent.
Iocundus que tamen et eorum commodiſ uſus
Si quando qualiſ quantuſ oportet erit.
Secta ne pereant de caſſa que ceſſet origo.
Et repetat primum maſſa ſoluta chaoſ.
Ad geminoſ fetura duoſ conceſſit et olim.

Fragmentarium

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.19, 12r – A) Remigius Altissiodorensis, Commentum in Martianum Capellam; B) Bernardus Silvestris, De universitate mundi; C) Hildebertus Cenomanensis, Carmina; Excerpta varia (Fragment) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-uo07/5273/50024)